JOANNIS OINOTOMI JURISCONSULTI

In quatuor Libros

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM

Juſtiniani Imperatoris,

COMMENTARII,

NUNC PRIMUM TUM JUSSU SUPERIORUM,
tum ex eorum mente caſtigati, ac emendati prodeunt;

PRÆTEREA NOSTRA HAC EDITIONE, SUIS PROPRIIS LOCIS *diſtribuimus, & coaptavimus eas: omnes Additiones Doctorum, quæ aliàs in fine operis excuſa fuerant, id quod in Lectorum commodum maximum cedit.*

Cum Indice rerum omnium copioſiſſimo tam ex iiſdem Commentariis, quàm ex Additionibus ſtudioſè, peritèque congeſto.

VENETIIS. M. DCC. I.

Apud Hertz.

TABULA RUBRICARUM
QUOTQUOT ILLARUM IN HISCE
Commentariis Continentur.

Et denotat prior numerus Lib. Inſtitutionum: Secundus Rubr. & Tertius Paginam.

A

3 Acquiſitione per arrogationem. 11 255
4 Actionibus. 6 351
2 Ademptione, & translatione legatorum. 21 205
1 Adoptionibus. 11 43
1 Attiliano tutore, &c. 20 58
1 Authoritate tutorum. 21 61
3 Aſſignatione libertorum. 9 250

B

3 Bonorum poſſeſſionibus. 10 251

C

1 Capitis diminutione. 16 56
2 Codicillis. 25 213
1 Curatoribus. 23 68

D

3 Diviſione ſtipulationum. 19 284
2 Donationibus. 7 133
3 Duobus reis ſtipulandi, &c. 17 281

E

3 Emptione, & venditione. 24 297
3 Eo cui libertatis cauſa, &c. 12 256
4 Exceptionibus. 13 536
1 Excuſationibus Tutorum, & Curat. 25 73
2 Exhæredatione liberorum. 13 166

F

2 Fideicommiſſariis hæred. & ad S.C. Trebell. 23 209
3 Fidejuſſoribus. 21 289
1 Fiduciaria tutela. 19 58

G

3 Gradibus cognationum. 6 248

H

2 Hæredibus inſtituendis. 14 169
3 Hæredit. quæ ab inteſt. def. 1 217
2 Hæredum qualitate, & diff. 19 184
1 His qui ſui, vel alieni juris ſunt. 8 20

I

1 Ingenius. 4 16
4 Injuriis. 4 336
2 Inofficioſo teſtamento. 18 180
4 Interdictis. 15 541
3 Inutilibus ſtipulationibus. 20 285
4 Iis per quos agere poſſunt. 10 531
1 Jure naturali gentium, & civili. 2 7
1 Jure perſonarum. 3 15
1 Juſtitia, & jure. 1 5

L

2 Legatis. 20 189
4 Lege Aquilia. 3 330
3 Lege Falcidia. 22 207
1 Lege Fuſia Caninia tollenda. 7 19
3 Legitima agnatorum ſucceſs. 2 244
1 Legitima agnatorum tutela. 15 54
1 Legitima patronorũ tutela. 17 57
1 Legitima parentum tutela. 18 ibid.
1 Libertinis. 5 17
3 Literarum obligationibus. 22 294
3 Locatione, & conductione. 25 302

M

3 Mandato. 27 308
2 Militari teſtamento. 11 161

N

4 Noxalibus actionibus. 8 528
2 Nuptiis. 10 25

O

3 Obligationibus. 14 256
3 Obligationibus ex conſenſu. 23 296
3 Obligationibus quæ ex quaſi contr. 28 311
4 Obligationibus quæ ex de-

JOANNIS OINOTOMI
JURISCONSULTI,
IN IV. INSTITUTIONUM
JURIS CIVILIS LIBROS
Commentarius.

IN PRÆFATIONEM.

1 *Uſus præfationum.*
2 *Difformis docentium juris ratio.*
3 *Quo conſilio Imperator Inſtitutiones fieri curavit.*
4 *Inſtitutiones quomodo cum fructu interpretandæ.*
5 *Author librorum Inſtitutionum quis fuerit.*
6 *Quo ordine juris civilis libri ſint editi.*
7 *Quæ ſit ſumma librorum Inſtitutionum.*
8 *Unde dictæ ſint inſtitutiones.*

1 JUriſconſultus in l. 1. ff. de orig. jur. in-
quit quòd præfationes libentius nos
ad lectionem materiæ propoſitæ per-
ducant, & cum eo venerimus, eviden-
tiorem ejus intellectum præſtent. Ne
igitur, & nos illotis quaſi manibus
libros Inſtitutionum aggrediamur,
pauca de ratione, ac ordine, quem in
declarandis Inſtitutionibus obſerva-
2 re, & ſequi volumus, quædam ſubjiciemus. Scio enim in
docendo non uniformem rationem à profeſſoribus juris ob-
ſervari. Quidam enim gloſ. Accurſii, Bart. & aliorum com-
mentaria adeò nihil faciunt, ut hæc ne attingant quidem.
Plerique verò econtra, ita in dictis Commentariis immo-
rantur, ut ne verbum quidem, quòd in illis, quantumvis
alienum à propoſito, reperiunt, æquo animo prætermitte-
re poſſint. Quæ ratio docendi incipientibus magis obeſſe,
3 quam prodeſſe mihi videtur. Cum enim Inſtitutiones ideo
ab Imperatore compoſitæ ſint, ut ex illis prima elementa
juris percipiantur, ingenia diſcipulorum varietate, & mul-
titudine rerum non deterrenda, ſed potius levi, ac ſimplici
via ad ampliſſimum hoc ſtudium juris excitanda ſunt, & à
4 facilioribus inchoandum, & gradatim ad rerum cognitio-
a nem procedendum eſt *a*. Nos igitur media via, *b* quæ plerum-
b que tutiſſima eſſe ſolet, incedere volumus, ita ut nec expli-
cationes gloſſarum, & aliorum commentaria abjiciamus,
neque etiam illis ultra, quam ſat eſt inhæreamus, ſed ex
textibus, gloſſis, & dictis comentariis præcipuas, & magis
quotidianas doctrinas, & certas concluſiones colligemus, &
ſic ea, quæ in hoc libro tractantur, per quæſtiones earum-
que deciſiones, & regulas, quaſi per ſummam, certa metho-
do, & bono ordine trademus. Implorato itaque Numinis
divini auxilio, primò quæritur.

Quis fuit author hujus libri?

5 Ad hanc quæſtionem facile reſponderi poteſt ex proœ-
mio hujus libri, & proœmio Digeſtorum, & ex l. 2. C. de
c vet. jur. enucl. *c* Imperator enim Juſtinianus, cum difficilli-
ma bella, & res maximas armis geſſiſſet, cœpit etiam de roga-
ta adminiſtratione cogitare, ut Reſpubl. legibus regeretur
ipſiuſque Imperii tempus fuit anno 528. poſt Chriſtum na-
6 tum. Erant autem tunc temporis juris, & legum volumi-
na propemodum infinita, ita ut impoſſibile fuerit hominis
ætatem iſtorum voluminum lectioni ſufficere. Fuerunt
enim 2000. librorum conſcripta, & plus quàm tricies cen-
d tena millia verſuum à veteribus effuſa, *d* ut refert Imper.
in d. l. 2. §. ſed cum omnia; & extabant tres Codices: Her-
mogenianus, Gregorianus, & Theodoſianus. Ideoque
primum mandavit Triboniano, & aliis Conſiliariis, viris
ſapientibus, & juriſperitis, (qui ſemper circa latus prin-
cipis eſſe debent, ut inquit Bald. poſt text. in l. juriſperitos.
ff. de excuſ. tut.) ut ex tribus Codicibus unum componerent,
quod quidem ab ipſis factum eſt, ut apparet ex titul. Cod.
de Juſtinianeo Codice confir. Imperatorem iſtum Codi-
cem confirmaſſe, & Juſtinianeum Codicem inſcribi voluiſ-
ſe, qui tamen hodie non extat. Poſt Codicis opus ita
collectum, reliquas conſtitutiones, ac leges paſſim ſpar-
ſas, & confuſas, in tria volumina, quæ Pandectæ, quòd
omnia contineant, rectè appellantur. Digeſta verò vul-
go dicuntur. Et poſt quinquaginta libros Digeſtorum,
compendium juris, quatuor hoſce libros Inſtitutionum,
ex Pandectis, & Codice colligi mandavit, qui fores quo-
dammodo ad generalia juris ingredi volentibus, ape-
riunt, & tandem ad prioris Codicis emendationem, &
ſecundam ejus editionem manum admolitum eſt, atque
ipſum longè emendatiorem edidit, quibuſdam detractis,
quibuſdam verò novis conſtitutionibus additis, quæ in
priore editione non habebantur. Et is eſt Codex, quem ho-
die inter reliquos juris libros habemus, unde in eo Juſti-
nianus aliquoties mentionem facit Inſtitutionum compoſi-
tarum, & viciſſim in hiſce Inſtitutionum libris non ſemel
conſtitutionum meminit, quas in Codice ſuo extare refert,
e quæ tamen in noſtro Codice non reperiuntur, *e* ut in §. lega-
tariis, infra de teſtam, & §. ſed nec hujuſmodi, infra de legat.
Poſtremo novas Conſtitutiones, ſeu Novellas, quem vulgo
Authenticorum librum nuncupant, protulit, quibus tandem
conſuetudines feudales, & quædam aliæ conſtitutiones Im-
peria-

ADDITIONES.

a *§. His igitur. 2. infra. de juſtitia, & jure.*
b *§. fin. infra, quibus ex cauſ. manumis. non lic.*
c *Item ex conſt. tanta, & aliis quæ Pandect. præponun-
tur.*
d *Horum exemplo noſtri quoque libri in verſus eſſent diſtin-
guendi, quod Theologi ſua in Canone feliciter præſtiterunt.
Noſtrorum nullus adhuc comparet, qui porta fecerit conti-
tur.*
e *Sunt enim in ſecunda emendatione diſpuncta. Conſt. 3. C. de
emend. Cod.*